



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio tertia. Vtrum opera hominis fuissent tunc magis meritria quàm  
nunc.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

men possibilis indeterminatio, quia licet haberet homo rectitudinem voluntatis ad deum & proximum, poterat tamen ab ea desicere, non autem a rectitudine appetitus sensitiui, nisi precedente defectu rectitudinis voluntatis. Vnde possumus formare talem rationem, vbi est solus unus modus ex natura determinatus, nec est possibilis aliud: ibi non est necessarius aliquis habitus, sed respectu passionum appetitus sensitiui fuit unus solus modus in statu in nocentia ex natura determinatus, natura dico ut instituta fuit, nec fuit alius possibilis durante primo statu. Non enim potuit ferri appetitus sensitiui in suum obiectum, nisi secundum dictam rationem, ergo respectu passionum non fuit tunc necessarius aliquis habitus. Major pater ex his qua dicta fuerunt supra de habitu, dist. 26, q. 2. Minor similiter declarata fuit supra, dist. 21, q. 4. cu quereretur, Vtrum in statu innocentia potuerit homo peccare venia liter, sequitur ergo quod nulla virtus moralis circa passiones existens, fuisse in statu innocentia. Prater hoc autem est specialis ratio de his quorum obiecta omnino non sufficiunt, ut de fortitudine rangeatur in arguento.

7 Ad primum argumentum dicendum quod in statu innocentia homo fuisse maxime perfectus etiam secundum appetitum sensitiui magis quam nunc, sed illa perfectio fuisse innata seu infusa, & non acquisita. Vnde non fuisse habitu, ut nunc loquimur de habitu.

8 Ad secundum dicendum quod homo ex peccato nullum in hoc reportat commodum, quia perfectione quam nunc habet tractu temporis, & difficultate acquirendo tunc habuerit a principio plenius & altiori modo quoad illa que respiciunt passiones appetitus sensitiui.

## QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum in statu innocentia opera fuisse magis meritaria quam modò.

Thom. I. q. 95. art. 4.

D Einde queritur, vtrum in statu ipnocentia opera fuisse magis meritaria quam modò. Et videtur quod nō, quia difficultas operis facit ad augmentum meriti. Vnde & virtus est circa bonum & difficile, sed modò difficultius est bene operari quam prius, ergo &c.

2 Item bonū additū bono totum facit melius, sed nūc est meritū essentiale ex radice charitatis, cui additur meritū accidentale ex difficultate operis. Et istud non fuisse in statu innocentia, quare &c.

3 IN CONTRARIUM est, quia quanto aliquid est purius, tanto est melius in illo genere, sed in statu innocentia merita fuisse puriora, quia non fuisse permixta cum demeritis sicut modo, ergo &c.

4 RESPONSO. Comparatio meritorum, de qua nunc agitur, potest fieri vel secundum totum statum, vel secundum particulares personas vtriusque status, si secundum totum statum, sic dico quod merita status innocentiae & statut moderni sunt aequalia, quia quantitas meriti innocentiae ex quantitate premii, sed premium faltem essentia est idem & aequaliter quod conferetur pro meritis moderni status, & quod collarum fuisse pro meritis status innocentiae si durasset, ergo &c. Minor probatur, quia premium quod redetur pro meritis status moderni est per erinus aequales angelis dei, in gloria: tunc autem non fuisse premium matus, quia natura humana nō est dignior angelis, nec minus, quia nō est ignorabilis initituta & deficitu, quare &c. S. autem in statu moderno ipse Christus in cluderetur, tunc merita status moderni excederent merita status innocentiae: nullus enim in statu innocentia peruerteret ad aquilatatem gratie & glorie Christi.

5 Quantum autem ad meritum accidentale quod est ex difficultate operis, sicut in martyrio vel virginitate, non est dubium quod merita moderna excedunt merita que tunc fuisse. Si autem fiat comparatio meritorum personarum singularium status primitivi & moderni, sic dicendum quod tantum postule homines mereri nunc quantum tunc, sed non ita faciliter. Quod pater, quia vbi nullum est retrahendum a bono, ibi voluntas promptius & facilius feritur in bonum, sed in statu innocentiae nullum fuit retractum a bono, sicut modo est in nobis ex repugnantia carnis ad spiritum, ergo &c.

Veruntamen quia eadem principia bona & operationis (scilicet ratio & voluntas) sunt in nobis quae fuerunt in illo statu, nec deest gratia seu acceptatio diuina bonis operibus nostris, sicut nec bonis operibus aliorum defuerit, manifestum est quod bene potest nunc operari, sicut tunc, licet non aequaliter faciliter, quia difficultas aut non auget meritum, quia non est ex natura operis, sed conditione operantis, vel si auget illud pertinet ad meritum accidentale, non essentiale.

7 Pet hoc patet. Ad primum argumentum.

8 Secundum etiam argumentum solum probat quod merita statut moderni excedunt merita statut innocentiae, quo ad merita accidentalia. Quod autem in contrarium dicitur quod merita nostra sunt mixta demeritis falsum est, licet enim in nobis sint merita, sint etiam demerita: non sunt tamen permixta, ut ex demeritis minuantur merita extensive vel intensiue, licet fructus eorum impediatur usque ad solutionem reatus demeritorum.

Sententia huius distinctionis. XX X.

in Generali & Speciali.

I N Superioribus insinuatum est. Superius determinat Magister corruptionem humanæ naturæ per peccatum in primo homine. His vero determinat qualiter peccatum cum ista corruptione in posteris deuenit. Et diuiditur in quatuor. Primo inquirit peccati ordinem & quid sit. Secundo eius traductionem. Tertio ipsius remissionem. Quartu eius aggrauationem, scilicet an peccatum primum parentum aggrauaret. Secunda ibi, in princ. dist. ix nunc superest inuenire. Tertia ibi in princ. 32, dist. quoniam supra dictum. Quarta ibi, in princ. 33, dist. ibi praedictis adiciendum. Prima est præsentis lectionis, & diuiditur in duas. Primo determinat suum intentum. Secundo excludit obiecções contrarias. Secunda ibi, vnde Augustinus Julianus. Prima in tres. Primo inquit, an sit originalē peccatum. Secundo quid sit quantum ad genus mortis, utrū scilicet culpa an pena. Tertio quid est quantum ad genus naturæ. Secunda ibi, quod diligenter inuestigandū. Tertia ibi, nunc superest videre. Secunda principalis, in qua excludit quādā obiecções, diuiditur in tres, secundum tres obiecções quas excludit. Secunda ibi, item inquit Julianus. Tertia ibi, ad hoc autem quod diximus. Et hæc est sententia & diuina lectionis in generali.

2 IN Speciali sic procedit, & proponit primum, quod ex peccato primi hominis pena & peccatum in posteris transit, & hoc est originale peccatum: quidam autem intelligunt peccatum ab Adam transisse in posteros, non & educatur ab eo per originem, sed per imitationem: circa quod dicit in hoc Magister errare Pelagium: si enim per solam imitationem diceretur peccatum eius in nos transisse, multo magis debet in nos peccatum trahisse a demoni, quem primo peccantem potest imitamus. Postea querit quid sit originale peccatum, & dicit quod secundum quodam originale peccatum nihil aliud est, quod reatus quidam, quo homines sunt obligati ad peccatum pro peccato primi parentis. Secundum tamē veritatem, originale peccatum ponendum est esse originalem culpam à principio per originem traductam. Postea dicit quod ista culpa non est actus hominis, sed est quodam concupiscentia vitiosâ malâ desideria in nobis excitâ, quæ aliquando languor naturæ dicitur, & aliquando lex membrorum, vel tyrannus vel lex carnis nominatur, & ex inobedientia dicimus omnes transisse peccatum, id est, malam habilitatem. Postea dicit quod Julianus hereticus querit per quā viam tale peccatum subintrat patre non peccante, nec genito, nec etiâ conditore. Et responder Aug. quod per inobedientiam primi parentis. Ultimo querit quomodo poruinus omnes esse in Adam secundum carnem, in quo non fuerunt tot atriom quod homines ab eo processerunt. Et respondebat Aug. & materialiter vel carnaliter in eo fuimus: alia quid autem ab eo decisiun est, ex quo sine alterius materiæ additione per solam multiplicationem in ipso generantur est corpus filii. Et sic per similem decisionem factam à parentibus multiplicatum est genus humani vel hominum, & nihil omnino exterioris adveniens trahit in veritate humana naturæ, quod probat per autoritatem euangelij, & etiam

Z. 5 pcc